

Die Traditionen des Hochstifts Regensburg und des Klosters S. Emmeram (Ed. Widemann) Nr. 38

In Hoc etenim non pretermiserunt Ambricho electus dei pontifex et quidam nobiles viri Rihho eiusque filius Freso, sed illorum consensu haec subsequens commutatio convenienter peracta est. Tradiderunt supradicti nobiles ad sanctum dei Emmerammum in manum Ambrichonis venerabilis episcopi et advocati eius Helfrici in hac ratione, ut si quis hoc resolvere voluisset, quatinus sanctus Emmerammus suum obtineret et illi nobiles suum reciperent. Econtra sepe dictus praesul atque advocatus suus Helfrih tradiderunt de rebus sancti Emmerammi in loco qui dicitur Mezinga eisdem praescriptis viris domum cum fisco ac iugera XXVII. Hoc Helfrih, Lantpero, Erchanpold, Sindiho, Reginolt, Fropreht.